

tuor talenta ad usus capituli libere revertentur; et de Herstein^o) tertium dimidium talentum pro lignis ad pistrinum ministrabit omnem in eventum. Alia portio habebit omnes redditus allodii Schremzniz^f) et ius patronatus ecclesiae ibidem cum omnibus iuribus et pertinentiis, et aliam medietatem villae Mezilwiz in censu et avena et aliis ut superior portio pleno iure, de qua in omnem eventum ad pistrinum quinque maldratae siliginis et quinque maldratae tritici ministrentur. Et in anniversario magistri Henrici de Rokhusin decem solidi sicut de priori portione ministrentur. Item alia portio est allodium Lubueschewiz^g) cum suis iuribus et pertinentiis et Myschuwiz^h) et Kaganⁱ) et in Clanschewiz^k) XXVII solidi denariorum, et in Telmaschiz^l) unum talentum et in Babitz^m) unum talentum cum omnibus iuribus et pertinentiis eorundem, de qua ad pistrinum in omnem eventum duae maldratae tritici et quatuor maldratae siliginis ministrentur et anniversarius domini Henrici de Godow de ipsa peragetur. Item alia portio habebit allodium in Bresenizⁿ) pleno iure et villam Lucewiz et censum in Steesch^o) et in Witztrob^p), prout prius obedientiarii habere consueverunt, de qua ad pistrinum in omnem eventum tres maldratae siliginis et tres maldratae tritici ministrentur, et festum Dominici cum anniversariis de his bonis debitis modis omnibus peragetur. Item alia portio est allodium et villa Rothebariz^q) pleno iure et villa Malkewitz^r) cum molendino similiter pleno iure, praeter duo talenta, quae ad praebendam domini de Luppe, vel quicumque ipsam pro tempore habuerit, perpetuo pertinebunt. Praeterea villa Yesseriz^s) cum rubeto et omnibus suis pertinentiis ad eandem portionem pertinebit, de qua ad pistrinum in omnem eventum tres maldratae tritici et tres maldratae siliginis ministrentur et anniversarii et servitia consueta de Rothbariz et de Yesseriz sine diminutione qualibet ministrentur, et pro anniversario Alberti militis de Luppe XXVIII solidi communium denariorum ministrentur. Item alia portio est villa Gnascuwiz^t) cum aliis villis et decimis et omnibus iuribus et obventionibus ad dominicale servitium pertinentibus, de qua ad pistrinum in omnem eventum quatuor maldratae tritici et duae maldratae siliginis ministrentur et anniversarius domini Eberhardi peragatur. Praeterea denarii dominicales boni et per omnia dativi singulis diebus dominicis praesentibus dominis nostris ministrentur. Item alia portio est Aldin Vrankin, Kaytiz, Telschen et Nuzadeliz et in Besterwiz^u) decem et octo solidi denariorum et maldrata siliginis et avenae cum omnibus suis iuribus et pertinentiis, de qua in omnem eventum quinque pueriles praebendae in suis deputatis terminis videlicet Walpurgis et Martini secundum consuetudinem hactenus observatam ministrentur. Item alia portio est Kozzebude allodium et vinea cum censu, iuribus et utilitatibus, quae iidem obedientiarii habere consueverunt, de qua in omnem eventum ad pistrinum decem maldratae tritici ministrentur et insuper duo talenta ad praebendam domini de Liznic vel qui pro tempore eam habuerit, et duo talenta hospitali et unum talentum in anniversario domini Henrici de Burnis statutis terminis videlicet Walpurgis et Martini annis singulis ministrentur. Praeterea in die beatae Katharinae canonicis praesentibus quatuor urnae vini ministrentur. Minores vero portiones hae sunt: Una habet medietatem thelonii in Mogelin et medietatem decimae in Witztrop et in

o) Hirschstein, Par. Boritz. f) Schirmenitz (Schirmitz) bei Belgern. g) Löbschütz, Par. St. Afra. h) Mischütz, Par. Zschaitz. i) Grosskagen, Par. St. Afra. k) Clanzschwitz, Par. Jahna. l) Delmschütz bei Hohenwussen, Par. Naundorf. m) Poppitz, Par. Riesa (?). n) Briessnitz bei Dresden. o) Leutewitz und Stetzsch, Par. Briessnitz. p) Weisstropp. q) Rottwitz, Par. Zscheila. r) Malkwitz, Par. Calbitz. s) Jesseritz, Par. St. Afra. t) Gnascwitz, Par. Gaussig. u) Altfranken, Par. Pesterwitz; Kaitz, Par. Leubnitz; Dölzschen, Par. Dresden; Niedersedlitz, Par. Leuben; Pesterwitz, sämmtlich nahe bei Dresden.